

c. consulti. el. 2. n. 8. de appell. Alexand. cons. 99. visus. n. 4. lib. 5. Per. de Anchara. in c. 1. ut lite pendente. in fin. Oldrad. cons. 199. pro fundamento, in princ. post Innoc. Ripam, in d. c. consulti. sub n. 10. Eguid. decis. 49. agens, & decis. 294. id autem, Stephan. Auster. in addit. ad decisionem Capelle Tholos. 15. ad fin. Ruin. cons. 76. in princ. lib. 5. Joan. Crot. cons. 101. viso puncto, nu. 3. Menoch. de recuperan. poss. rem. 17. n. 25. Achill. de Grassis decis. 24. attentatorum causa sub rubr. de attentatis, latissime profequitur Lancelot. de atten. 3. p. c. 30. tit. de privilegiis attentatorum, per totum.

103 Et ex alio colligitur esse privilegiatum, & favorabile, prout est hoc charitativum subsidium, & recursus ad tribunal Regium, quo agitur de liberando vi oppressos a manu calumniantium, & ut superioris auctoritas, quae per attentantem contempta erat, restituatur, liberetur, & sine impedimento gravatus illum queat adire, ex his, quae late nos adduximus capitibus precedentibus, praecipue c. 1. a. n. 149. 239. & 306. & a. n. 354. & in epilogo provinciali, infra, & ita cum hic non agatur de causa poenali, sed privilegiata, & favorabili, sequitur, quod argumentum retorquetur, & ut faciat sensum, quod cum sumus in favorabilibus, fiat extensio ad subrogatos: & insuper quia iudex successor tantum abest, ut aliqua affligatur poena, sed ut Regii tribunalis ministro sibi causa medenda committatur, exequatur enim, cui sententia poenalis exequenda committitur, non participat de illius poena, sed honoris, & potestatis iudicis superioris, non enim hic agitur de exequenda poena, apposita a iudice praedeessori iudici, pro attentatis a se factis, in iudicem successorem, nec in hoc se potest 105 intromittere Senatus, prout diximus infra, hac 1. p. e. 6. a. num. 12. quia si hoc esset, recte procederet argumentum contrarium; sed sumus in longè nimis dissimili casu, ut dictum est.

Imò etiam & adhuc in poenalibus, & odiosis, licet poena non transeat ad successorem, & heredem (cum morte sit extincta) transit tamen damnorum satisfactio, in quantum ad eum pervenit: bonus est text. in l. 1. C. ex delectis defunctorum, in quantum heredes conveniri, ibi, quo vim fecit, & c. defuncto successoris ejus in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, con- 107 veniri valet, cum ut late superius dixi, in successorem transeat iudicium, jurisdictionio, instantia acta, & lis, cujus pars est, attentatum a iudice, quod est qualitas, quae liti inhæret, ab eoque dependet, sine quo attentata non dantur, secundum Cassiadorum decis. 6. n. 2. super Regul. & dictum fuit id una Nolanens. Abbatis coram Junio, 20. Oct. 1357. & in alia Mediolanens. Capellanæ coram Chisanen. 28. Junii 1557. in alia nullius, seu Pennen. coram Robusterio, 31. Maii 1568. ut testatur 108 Lancelot. Robert. de attent. 3. p. cap. 22. a. n. 41. & segg. ubi ex hoc infert, quod subrogatus ad litem, potest dari de attentatis; quemadmodum ejus praedeessor, sequitur evidenter, quod etiam si essemus in poenalibus, nihilominus, successor tenebatur revocare parti damnata, quod sit per attentatorum repositionem, quibus quidem rationibus, omnia ferè cessant argumenta contrariæ partis.

Nec enim obstat; quod sententia lata contra vim inferentem non exequatur. contra successorem heredem, quia alia est vis defuncti, alia heredis, & successoris, quia omnia alia responsione, quae dari potest, & colligitur ex his, quae late diximus infra, in tract. de exec. cap. 8. de excessu de persona ad personam, a. num. 247.

109 Dices, quod id procedit in hæredibus, ex ea ratione, quia alia est possessio defuncti, alia heredis, successoris, in quem licet omnia jura transeat (adita hereditate,) non tamen possessio, quae extincta jam fuit, l. cum heredes, de acqui. possess. & possessio heredis est nova possessio, non autem continuata a defuncto, per cujus mor-

tem fuit extincta, ut dicant Doctores pro contrario adducti, sed non procedit in jurisdictionis, tribunalis, universitatis, dignitatis, Ecclesiae, populi, & aliorum similium successore, in quibus non datur hujusmodi possessionis extinctio, & variatio: quoniam ipsa universitas, & persona facta est, quae possidet, & semper eandem possessionem retinet, quia nunquam moritur, sed semper eadem est, & per variationem, & mutationem, seu mortem administrantis non mutatur, variatur, aut in aliquo alteratur universitatis possessio, quae nunquam vacat mortuo administratore.

Et ideo successor administrationis non indiget de novo accipere possessionem rerum universitatis: optime & late B. in l. 1. §. municipes, ff. de acquir. poss. & in l. cum heredes, ff. de acquir. poss. per Innocen. in c. cum in officio de testam. & loquendo de Ecclesia, quae cum nunquam moriatur, cap. liberti 12. q. 2. ita nec possessio rerum Ecclesiae dicitur vacare, etiam mortuo Praelato, ex quo ipse possidet; docent Bal. in l. fin. C. de edicto Div. Adria. vol. & in l. unica, in princ. Cod. de caduc. tollen. Parisus consil. 24. n. 7. vol. 1. Borgni Cavalcan. decis. 96. in princ. n. 5. & in add. n. 54. & dec. 74. n. 105. p. 1. & dec. 28. n. 12. p. 3. ubi ex hoc infert, quod cum possessio Ecclesiae in Ecclesia continuatur (etiam mortuo Praelato) dicitur simul cum occupatore possidere, & esse in summarissimo possessorio, nec dicitur attentare Ecclesia possidendo. Sequitur Brexianus in reperto. ad eundem Cavalca. verbo possessio Ecclesiae continuatur. Marta in tractatu de jurisdictione, 4. p. cent. 17. a. num. 10. ubi dicit, quod Praelatus successor non succedit tanquam dominus, sed tanquam procurator Ecclesiae c. 2. de donat. ubi ad plura ipse infert, quae hic conducunt.

Hinc est, quod possessio juris patronatus competens alicui ratione dignitatis, villæ, castri, majoratus, aut Ecclesiae, retinetur per ipsam dignitatem, villam, castrum, majoratum, aut Ecclesiam, (etiam mortuo Praelato, & administratore) Rota decis. 1. de jure patron. aliàs 140. in novi. Bellamera. decis. 20. Paul. de citar. Dinus de jure patron. 6. p. art. 3. n. 64. Lamber. eodem tractatu. 2. p. 1. lib. 9. q. 3. nu. 8. ad fin. & 1. p. q. 3. 2. lib. qu. 3. art. 1. n. 9. post Card. in c. ex literis, 1. opposit. per illum text. (quem sic intelligit) de jure patr. Cajet. in repetitio. c. fin. electione in 6. Nicol. Garcias de beneficiis, 5. p. c. 5. n. 9. qui etiam dicunt, quod novus possessor castri, villæ, seu comitatus, ratione cujus competit ejus praesentandi, licet nunquam antea praesentaverit, potest praesentare, quia ipsa dignitas aut comitatus, videtur hoc jus patronatus semper retinuisse, quia quasi possessio juris praesentandi, quae erat apud antecessorem ratione dignitatis, beneficii, castri, villæ, vel comitatus continuatur in successorem, etiam absque alia nova ejus apprehensione, d. Rota decis. 1. aliàs 140. in novi. Achil. decis. 105. seu 5. de causa poss. n. 8. Tiraq. in tract. le mort suisit, in praesatione, declaratione 5. facit decis. Rota 9. de causa poss. in antiq. latissime profequitur Nicolaus Garcias ubi proxime, a. n. 37. cum sequentibus, & supra a. n. 33. reddens rationem; quia possessio retinetur per Ecclesiam, seu dignitatem, etiam mortuo Praelato, ut per Felin. in cap. constitutum. n. 19. de rescriptis, Rota decis. 1. n. 14. de restitutione spoliatorum, in novi. Cassiador. decisio 7. n. 13. de causa poss. Rota decis. 390. part. 1. & decis. 19. n. 9. part. 2. diverforum, de quo etiam bene per Peregrinum in tractatu de fide art. 48. n. 79. cum pluribus Doctoribus, ubi advertit differentiam inter possessionem heredis, & successoris Praelati, & inter dignitatem, seu Ecclesiam, & sic non obstat argumentum in contrarium adductum. Maxime quia nos sumus in longè diverso casu, & extra terminos Doctorum in dicto argumento allegatos, quia sumus in attentatis, in quibus etiam successor singularis illius, qui attentavit, & etiam iudex, ut late probavimus supra.



CAPUT IV.

Ab Ecclesiastico iudice aliquid reponente mandato, & virtute provisionis Regii Senatus, ad quem per viam violentiae iurum est, appellationi emissa non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

Nec obstat ultimum argumentum, quo dicitur quod cum provisio Regia de successore non loquitur de eo non debet intelligi: quia doctrinae ibi adductae loquuntur in condemnatis per sententiam, & obligatis per scripturam, quia cum non nominentur in ea, non debet contra illos exequi, nos autem loquimur, in provisione directa iudici, qui etiam verificatur in successore in eandem jurisdictionem, cum idem reputatur secundum text. in c. quoniam Abb. de off. delegati, & in l. proponatur, de iudiciis, & ea quae longa manu supra congestimus pro hujus partis fundamentis, quibus suppositis, licet poterit pars, in cuius favorem data 119 est provisio Regia, ut iudex Ecclesiasticus deferat, & reponat, recurrere ad iudicem successorem, sive in delegatam, sive ordinariam jurisdictionem, sive sic datus ab homine, sive tacite a jure; eique intimet provisionem praedictam, quam si non adimpleverit, ad tribunal recurratur pro secunda iussione, quae dicitur vulgò sibi carta, & ita praedicatur; & aliquando in praxi receptum vidi. Prae oculis tamen habeat pars, ut animadvertat, an collecta virtute commissionis, & rescripti possit causam ab alio, vel mortuo, vel legitime impedito jam inceptam assumere, & cognoscere, quod ex serie, & tenore clausularum rescripti facile colligetur, juxta text. in cap. plures, de off. delegati, in 6. c. prudentiam in fine, de off. delegati, & alii plura jura in titulis de off. & potest. jud. delegati, & de rescript. in decretal. in 6. ac etiam in jure civili, & ubique late per Doctores, si forte collega procedere non potest, recurat pars ad superiorem, ut alium loco mortui, iudicem nominet, juxta l. mortuo iudice, ff. de iudiciis, l. fin. Cod. de sententia, & re iudicata, vel loco impediti, vel absentis, juxta text. in l. si longius, ff. de iudiciis, ubi latissime per Doctores, & praecipue per Petrum 122 Barbosam, ubi late agit quod loco iudicis absentis, vel impediti, delegati, vel ordinarii, dandus est successor, ubi quando impedimentum est perpetuum, vel temporale & de aliis pluribus difficultatibus; hunc articulum concernentibus, ad eum ut quisquis subrogetur, in causa loco mortui iudicis absentis vel impediti, potest, & tenetur virtute Regiae provisionis attentata a praedeessore reponere, appellationique deferre, & hoc jure utimur. 124 Et advertit quod ista talis dicitur subrogatoria commissio, quando scilicet absente iudice jam dato, suspecto, impedito, sive mortuo, alter in ejus locum datur & subrogatur, causam ei in eisdem statuer terminis, quibus reperitur demandando, Decius consil. 449. numer. 21. utique talem commissionem esse receptam, passimque concedi testatur Marquessa. de commissio. 1. parte, cap. 3. num. 43. animadvertens, & bene circumspicte, has subrogatorias commissiones dandas fore, & simpliciter attendendo, ne in corpore inferantur clausulae statum causae alterantes, maxime circa substantia- lia, quia partis citatio tunc foret necessaria, & ab ista praxi antiqua non esse recedendum, testatur post Cravetam consil. 91. num. 7. Roland. a valle consil. 4. num. 24. volum. 3. Bald. in l. quicumque, num. 26. Cod. de servis fugitivis, pro quo faciunt quae superius num. 69. diximus iudicem subrogatum, & taliter successorem assumere negotium, & causam, in eodem statu, eamque ex eisdem actis determinare, quare simplicem subrogationem, & non aliud continere debet commissio, qui assiluit jus commune, cum subrogatus ad instat antecessoris habetur, dicit Marquessa ubi proxime, d. c. 43.

- 1 Appellare licet a repositione, vel delatione appellacionis, quemadmodum a repositione alicujus articuli.
- 2 Tribunalia Regia jus imitantur, & ideo eorum provisiones jubent iudicibus Ecclesiasticis, ut reponant, ea qua ipsi de jure reponere debeant.
- 3 Pactum accidens ultra statutum, quo quis jam tenebatur, non mutat qualitatem, vel naturam obligationis.
- 4 Iudex Ecclesiasticus astringitur praeepto Tribunalis Regii sub poenarum incursu, attentata reponere, & appellationi deferre.
- 5 Appellari non licet a iudice faciente id, ad quod praecise faciendum compellitur.
- 6 & 7. Appellari non potest a permissione data a iudice requisito per literas alterius, ut in sua jurisdictione aliquid exequatur.
- 8 Faciens aliquid voluntarie, ad quod praecise faciendum poterat compelli dicitur necessitate coactus facere.
- 8 Sola potentia cogendi ad actum, quanvis ad actum coactionis non sit devenitum, inducit coactionem.
- 10 Facienti aliquid coacte, & contra suam voluntatem sibi non imputatur.
- 11 Repositio attentatorum facta a iudice Ecclesiastico, est in executionem decreti Regii Senatus, vim fieri declarantis, & ibi de intellectu d. l. 36. recop.
- 12 Appellari non potest, nec supplicari a decreto Regii Senatus vim fieri declarantis, vel negantis, nec alius datur recursus. L. 36. tit. 5. lib. 2. recop. declaratur ibid.
- 13 Appellari non potest ab executione decreti Regii Senatus, & ejus exequutore, qui est iudex Ecclesiasticus, cui decretum dirigitur exequendum.
- 14 Executio non gravat plus quam sententia, qua exequitur. Appellari non potest ab actu, a quo executio emanat, sicuti nec ab executione, ibid.
- 15 Actus duo quando ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari a primo, nec poterit a secundo.
- 16 Iudex Ecclesiasticus reponendo attentata virtute decreti Regii Senatus ita mandantis, non est qui gravat; sed ipse Senatus, cujus decretum exequitur.
- 17 Actus non attribuitur gerenti, sed mandanti, & ordinanti.
- 18 Leges Regia in casibus violentiae veniunt ad evitandum fraudes. Quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, ibid.
- 19 Senatus Regius vim non facere iudicem Ecclesiasticum declarat, non admittentem appellationem interpositam a repositione facta virtute alius Regii decreti.
- 20 Appellatio a repositione attentatorum non admittitur quoad suspensivum remissivum.
- 21 Iudex Ecclesiasticus superior adhibitus licet poterit, si visis alibus iustum visum fuerit, revocare repositionem factam ab inferiore virtute Regii Senatus decreti, cum ad hoc impediendum non se extendat.

Appellare posse partem, quae ab hujusmodi repositione, & delatione appellationis censetur gravata, licet videtur, quemadmodum, & aliis casibus, quibus

quibus à repositione alicujus articuli sibi est permittum à jure, secundum Rotam in decis. 12. aliàs 362. sicut auarior de probat. in novis, Caputaquen. 1. part. decis. 265. incidit judex reposuit. optimè declarat Lancel. Robert. de atten. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 14. & supra, à num. 12. cum ipse judex Ecclesiasticus est, qui reponit, & qui partem ex repositione gravat: ergo ab eo potest appellare, maximè quia licet hoc faciat virtute provisionis Regiæ, nihilominus ipse poterat illud sua sponte facere, quia si non potuisset ipse absque Regio decreto, non etiam potuisset, eo mediante, quia tribunalia Regia imitantur jus, & id præcipiunt judici, quod ipse poterat facere aliàs sine decreto, & sic haberi debet, ac si ipse fecisset absque provisione Regia; quin pactum accedens ultra statutum, pro quo is tenebatur jam, non immutat qualitatem, vel naturam obligationis, l. qui mutuum, ff. mandat. l. quæ dubitationis, de regul. jur. testam. C. de testamentis.

Sed contrarium, ut appellationi à repositione, quam facit judex Ecclesiasticus virtute provisionis Regiæ sibi intimatæ, non sit deferendum, verius de jure & stylo esse censui. Et primò quia judex Ecclesiasticus illud attentatum reponit, quia ita sibi jubetur per tribunal Regium, & ejus præcepto astringitur sub pœnarum comminatione, ut supra, cap. 2. diximus latè, & ut plurimum contra suam voluntatem id facit, & sic ab eo non potest appellari, quoniam à giudice faciente id, quod præcisè faciendum compelli cogique potest, non licet appellare Collect. Innoc. & Abb. Panormit. c. cum jure, de off. delegati. Aufre. in decis. Tholosa. quæst. 42. requisitus, idem tenet Rebuffus in commentariis. 2. part. tit. de lictis requisitoriis, glossa 3. num. 10. ubi dicit, quòd à giudice requisito per literas alterius judicis permittente, ut illæ exequantur in sua jurisdictione, non poterit pars ab hac permissione, & consensu appellare, quia judex requisitus tenetur omnino obtemperare requisitioni justè factæ, & ad id post compelli per superiorem.

Deinde quia faciens aliquid ad quod necessariò poterat compelli, dicitur necessitate coactus facere, tametsi id sponte faciat, ut per Decium in consil. 22. l. novissimè ff. quod falso tutore. & per eundem plenissimè in cap. cum. M. Ferrariens. num. 34. colum. 10. versiculo sed ista differentia de constitutione. Areti. in cons. 24. quatuor. dubia. optimè Phanuti. in tract. de lucro dotis, gloss. 8. n. 56. fol. mibi. 349. in parvis, facit l. velle non creditur, ff. de reg. jur. imò sufficit potentia cogendi, quamvis ad actum coactionis non sit devenitum, ut per multa probat Areti. omnino videndus in d. cons. 24. num. 9. vers. præterea, Decius in aub. præterea, num. 10. vers. finaliter tamen, Cod. unde vir. & uxor. Felin. in cap. cum. M. Ferrari. col. 11. de consil. Marfil. in l. questionis, num. 20. ff. de questionibus. Menoch. cons. 175. num. 20. Gabriel. cons. 92. num. 5. volum. 1. Roland. à Valle cons. 2. n. 72. vol. 1. Petrus Surd. in tract. de alimentis, tit. 6. quæst. 8. n. 60. & idem Surdus in decis. 305. n. 28. cum sequentibus, Gratia. in disceptat. forensi. tom. 2. c. 27. per totum, ad quod est text. in l. novissimè, ff. quod falso tutore auctore.

Hinc est, quòd facienti aliquid coactè; & contra suam voluntatem, sibi non imputatur: text. in c. 1. c. 2. & c. 3. c. itane. 3. quæst. 5. & est bonus textus in l. cura. ff. de muneribus, & honoribus, Bal. in l. eam quam, colum. 8. Cod. de fideicom. idem Bald. in l. si qua illustri, in versiculo quod si mater, C. ad Officiarium. Hostiens. in c. inimicus, de accusationibus, Bart. in l. post legatum, §. his vero, in final. verbis, ff. quibus ut indig. Ang. in l. 1. removit, ff. de posthu. Ludovicus Romanus con. 252. pro decisione in fin. gl. in c. 3. colum. 2. de furtis, Hostiens. in cap. super eo, de usuris, l. 1. Cod. in quibus causis, col. . . lib. 11. Joan. de Anania, & ibi Doctores, Archidiaconus in cap. movetur 12. q. 1. & in cap. si quis usuram 20. q. 4. Petrus de Ancarrano in cle. 1. de usuris, & Joan. de Immola in cap. debitores, de

jurejurand. Alexand. consilio 1. col. 2. volum. 2. & cons. 107. col. 2. volum. 1. Joan. de Anania in cap. super eo, de usuris, colum. 2. optimè Bald. in Authentica item nulla communitas, Cod. de Episcopis, & clericis in sine, idem Joannes de Anania in cap. excommunicationi, colum. penult. de rapto. Oldradus cons. 35. incipit factum tale est, quidam Joannes, & c. Barto in l. si dictum, §. si compromisero, ff. de evictio. Innocentius in cap. inter monasterium, de re jud. Joannes de Immol. in l. quidam consulebant, de re judic. Angelus in l. si quis major, circa princ. Cod. de transactio. Alexand. in l. debitori, in princ. Cod. de pactis, Paulus de Castro in l. fin. §. servi, ff. de publica. Angel. in l. quid si fugitivus, in princ. ff. de adili. edi. & Bald. in l. 1. Cod. de naufrag. & ibi etiam Bart. Ludovi. Roman. in repetitione l. si verò, §. de viro fallentia 54. versiculo 23. probatur, & c. ff. soluto matrim. Angelus in l. fin. §. si propter, ff. de reipublicanis, Aretinus consil. 87. in præmissa consultatione, & c. circa medium, exactissimè, & valdè eleganter per Hippolytum de Marfil. in tit. de questionibus, in l. prima, §. præterea, à num. 1. usque ad num. 35. fol. 31. & sequentibus, ubi varia, & infinita congestit exempla, & auctoritates comprobationem nostræ doctrinæ omnino videndus, quia omnia conducunt ad propositum. Nonnulla etiam congestit Petrus Surdus decis. 305. à n. 28. cum pluribus sequentibus, ergo si judex Ecclesiasticus coactè reponit, nihil sibi imputatur, & sic nec ab eo debet appellari, juxta Aufreterium, Rebuffum, & alios ad principium allegatos.

Et insuper evidentius probatur, quoniam illa repositio fit in executionem decreti Regii Senatūs declarantis vim fieri, ad reponendum juxta l. 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. ibi: Mandem traher à las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesiastico originalmente, el qual trahido sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, alcando la fuerza, provean, que el tal juez la otorgue, & c. à quo decreto sicut non potest appellari, nec supplicari, nec alius recursus haberi, juxta l. 35. eodem tit. & lib. Avenda. de exequendis mand. cap. 1. n. 32. vers. & quia provisio. 1. p. Galpar. Rodriguez de annuis reddit. lib. 1. q. 17. num. 75. & alibi passim per Doctores, pariter nec poterit appellari ab ejus executione, seu executione, qui est iudex Ecclesiasticus: ita argumentatur Gemianus in cons. 99. Guido Papæ cons. 574. Corneus cons. 71. l. 1. & in cons. 221. in fine, lib. 4. Areti. in l. 5. in prin. n. 3. circa medium, de verborum oblig. Alex. cons. 95. l. 2. Socinus in regul. 26. appellare, Felinus in cap. quo ad consultationem, n. 14. & 15. de re judicata. Ruinus cons. 78. n. 2. Socinus Junior cons. 138. n. 6. lib. 3. Gratus resposito 16. colum. 1. n. 2. Rolandus à Valle cons. 43. n. 3. in prin. Rota decis. 100. 1. par. diversorum. Et ratio est, quia ipsa executio plus non gravat, & sic ab ea non appellatur, sicuti nec ab actu, à quo emanat, & ita hanc rationem reddunt Angel. in l. si cum exceptione, §. hæc autem actio, ff. de eo, quod metus causa. Joannes Andreas in additio. ad Speculato. tit. de appellat. §. in quibus, vers. 5. Scacia de appell. q. 17. lim. 10. num. 12. & num. 6. Felinus in c. quoad consultationem, de sent. & re judic. n. 14. post med. Rebuff. in tract. de appell. art. 9. gloss. unic. n. 8. & seqq. fol. 507. Rolandus à Valle dicto cons. 43. n. 3. & tenent etiam omnes Doctores mox citat.

Facit etiam elegans illa doctrina, quòd quando duo actus ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari à primo, pariter nec poterit appellari à secundo: ita docet Bald. in dicta l. si cum exceptione, §. hæc autem actio, Felinus in d. cap. quoad consultationem, numero 14. ante fin. Sigismundus Scacia. d. lim. 10. numero 11. Capicijus decisione prima, num. 17. & num. 23. Lancelorus Robertus de attentatis, 2. parte, capite 12. limitatione 53. numero 36. Cæsar Contardus in repetitione l. unica, Cod. si de moment. limit. 19. num. 16. sed repositio facta per judicem Ecclesiasticum, venit in executionem decreti Regii, quo

CAPUT V.

Oppressus, qui usus est Regio decreto conditionali (quod pragmatici, tertium genus, vocant) an possit postmodum suam professionem appellare: & ejus virtute judex inhiberi inferior, ubi latè de natura decreti conditionalis, & in quibus casibus locum habeat.

SUMMARIUM.

- 1 De natura decreti conditionalis, quod vulgò (tertium genus) nominatur, & quomodo concipiatur.
- 2 Decretum hoc conditionale locum habet dumtaxat in iis, que libera facultati, & potestati judicis jure relinquuntur.
- 3 Actus reprobatas, & à jure judici non permittis, nullatenus potest in Regio decreto conditionaliter apponi.
- 4 Decretum conditionale à Senatu Regio expediri non potest, nisi his casibus, in quibus justè appellatur, vimque detegatur.
- 5 L. quod justit. ff. de re judic. & cap. cum cessante de appellat. declaratur.
- 6 Judex quandoque etiam post decem dies datos ad appellandum potest revocare interlocutoriam, dummodo ante diffinitivam.
- 7 Sententiam interlocutoria licet quoad partes non appellantes transit in rem judicatam, non tamen quoad judicem, ibidem.
- 7 Judex sive sit ordinarius, sive delegatus, suam interlocutoriam revocare potest.
- 8 & 9. Judex executor mixtus revocat etiam suam interlocutoriam, & arbiter.
- 10 Judex licet non possit actum facere nisi ad petitionem partis potest tamen iis in iuris, & contradicentibus sententiam interlocutoriam revocare.
- 11 Judex an possit revocare non solum interlocutoriam, sed etiam ipsam revocationem, seu revocatoriam interlocutoriam.
- 12 Judex an semel, vel pluries possit sententiam interlocutoriam revocare.
- 13 & 14 Judex semel, & iterum tantum potest interlocutoriam revocare, & opiniones communes contraria conciliantur, & exemplum doctrine.
- 15 Et ut magis communis opinio resolvitur.
- 16 Illato gravamine per judicem si ab eo pars appellet, & judex appellatum reponat, & videtur reponendo, gravamen revocare, & si reponendo altera pars gravetur, à tali repositione licet appellatur.
- 17 Doctrina relata procedit, non solum quando judex expressè revocavit interlocutoriam, sed etiam tacitè nempe faciendo actum contrarium.
- 18 & 19. Judex, si post factam publicationem testium, si tacita parte ante didicita testificata admittat novos testes, censetur revocare publicationem, & idem si post conclusionem admittit jura, censetur revocare conclusionem.
- 20 Provocatio interlocutoria facta à giudice à quo irritat & annullat processum per judicem ad quem medio tempore factum.
- 21 Decretum conditionale, aliàs tertium genus potest decerni à Senatu Regio in casibus, quibus judex Ecclesiasticus potest revocare interlocutoriam, ut in exemplis relatis.
- 22 Conditio, que juri repugnat, aut illi resistit, in dispositionibus apponi non potitur, & appositæ aut vitiatur.
- 23 Conditio juri contraria dicitur impossibilis.

quo jubetur ita fieri: ergo quemadmodum ab isto non appellatur, ita nec poterit à repositione.

Deinde quia iste judex reponendo non est qui gravat, sed tribunal à quo justus, & decretum emanavit, ita considerat Craveta consil. 273. nobilis Domini, colum. 2. num. 1. versiculo 2. quia versiculo nec obstat, Rebuffus in tract. de appellat. art. 7. glossa 2. numero 15. vers. quintus, tom. 3. fol. 993. Abb. in cap. de cetero, 17. num. 10. de re judicata. Philippus Francus in cap. novit. in princip. de appellat. Si enim admitteretur ab hac repositione appellatio, potius diceretur interposita à Senatu Regio, quàm à giudice Ecclesiastico, quoniam actus non attribuitur gerenti, sed mandanti, & ordinanti, cap. cum aliquibus de rescript. Petr. Surd. de alimentis, tit. 8. privileg. 56. num. 83. Pelas à Mieres in tract. de majoratu, 1. part. quæst. 48. num. 26. & 27. in noviori impressione, Palacius Rubius, in rub. de donat. inter, §. 30. à n. 7. cum seqq. fol. 83. l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cujusque universitatis nomine, per cap. cum aliquibus, de rescript. lib. 6. ubi DD. Aimon. Craveta, cons. 144. num. 3. Tiraquel. in l. connubial. gloss. 8. num. 184. & 194. Petr. Surd. latè cons. 29. c. 3. tom. 1. & iterum, decis. 8. n. 23. & decis. 292. à n. 9. quod foret absolum, quoniam ab hujusmodi decreto violentiæ, & provisionis expeditæ per supremum tribunal (lege prohibente) nullam, nec appellationis, nec supplicationis datur remedium, nec recursus.

Deinde quoniam si hujusmodi appellationes à repositionibus virtute provisionis Regiæ factis, permitterentur, manifesta apperiretur via fraudibus, & hæc admitteretur via, quòd tot justissimis rationibus leges Regiæ vetant, quibus fraus fieret, quod non est permittendum, quia quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, juxta l. quod una via, ff. de reg. jur. l. oratio, ff. de sponsalibus, cum similibus.

Et ideo quoties pro hujusmodi appellationis à repositione, delatione recurrit ad Senatum Regium, declaratur vim nullam fieri, causaque iterum remittitur eidem judici, & amplius etiam hoc decretum negativum justum redditur; nam appellatio interponitur à revocatione, & repositione attentatorum, à qua, ut privilegiata, licitum non est appellationem, quoad suspensivum, dicemus latè infra, in 2. part. cap. 12. de appellationibus attentatis, ubi latè per rem videre poteris, & ita communiter practicatur in tribunalibus minimè permittentibus hujusmodi appellationes.

Sed non negamus posse judicem Ecclesiasticum superiorem, de causa ut competentem, cogniturum, licitè, liberè que hujusmodi repositionem revocare, quæ, ut dixi, licet non habeat suspensivum, devolutivum tamen habet, sive alio quovis juris legitimo remedio, & idem postquam superior ipse (causa cognita) apererit repositionem revocandam fore, id omnino sequendum esse, hoc enim charitativum violentiæ remedium, non est inventum, nisi superioris auctoritas & jurisdictio conservetur, ut judex à quo interim nihil attenter, donec judex superior de causa appellationis cognoscat, & quid in ea sit agendum decernat, ut supra latè in cap. 1. & 2. dictum reliquimus à num. 194. & infra, cap. 8. à numero 41. & supra, & in epologo proœmiali.

Nos tamen loquimur in tribunalibus Regiis, quæ appellationi à repositione facta de eorum mandato non esse deferendum, justè decernunt, cum careat suspensivo, & aliis rationibus, & fundamentis in re hac consideratis hæctenus.